

Ponciana. Sane circa ea, que pacis poterant procurare processum, tractavi cum principe et ex hiis connicere potui, [quod]¹ satis se applicabilem tunc desideriis ecclesie obtulisset, si absolutionis beneficium ei offerretur in promptu. Porro² presenserat, antequam regnum intrarem, quod [nichil nisi]³ expectatio Lombardorum reconciliationem suspendebat ipsius; hoc procul dubio grave tulit, hoc ad illusionem retulit et contemptum⁴. Set tandem, ut tolleretur⁵ extolerabilior causa dilacionis⁶ pretextu forme, que circa processum absolutionis debebat haberi, Q. et m.⁷ se[dem] apo[stolicam] adierunt; verum quid egerint, nescio. Me tamen scio longa expectatione languere, quoniam alligavit me more mandatum, quod a sanctitate vestra⁸ recepi; propter quod digito monstror tanquam suspectus, dicor exclusus. Gloriarī quoque oportet, quia mater ecclesia, que tanto tempore certavit, in me manifeste noticie⁹ iudicium apprehendit. Experiar igitur de vestra licencia, si alibi michi dominus reservavit locum aliquem. Ad salutem tamen oracionum vestrarum me non faciatis expertem.

90. f. 42', col. b. Thomas von Capua schreibt Gregor IX., dass, wenn er nicht im Königreiche geblieben wäre, das Kirchengut dort geplündert und die Gefangenen und die dem Kaiser Verdächtigen getödtet wären; fleht den Papst an, sich für Frieden oder Krieg zu entscheiden. 1230, März.

De mora mea, ut audio, multi disputant, sed vos scitis, quid preceperitis michi, et forte non fuit inutile. Set si¹⁰ non remansissem in regno, bona clericorum et ecclesiarum [du]dum¹¹ essent omnino in diruptionem¹² et predam, captivi et alii de regno, quos princeps habebat suspectos, supplicium sensissent, ut fertur, extremum. In hiis nichil michi ascribo, sed Deo et vobis. Ad hoc impetrata venia supplico, ut consideratis vestris et partis adversis adverse processibus plene discussionis arbitrio decernatis, quid secundum Deum et hominem plus expediat, scilicet pax an guerra.

91, f. 42', col. b—43, col. a. Thomas von Capua schreibt Cardinälen über seine Besorgnis, dass es zu neuem Kriege

1) Fehlt c. 2) 'Porro' c. 3) Ein Buchstabe mit Abkürzungszeichen, dann 'nsi' c. Die Conjectur ist unsicher, aber der Sinn erfordert derartiges. 4) Es folgen durchstrichen die späteren Worte: 'Me tamen — languere'. 5) 'tol' eretur' c. 6) 'dilacio' c. 7) Wohl 'm[agister Theutonicorum]'; unter dem 'Q.' ist wohl der Erzbischof von Reggio verborgen; Rycc. S. Germ. 358, 18 u. 24. 8) 'vra' c. Dass der Brief nicht an den Papst gerichtet ist, steht fest. 9) 'ti' undeutlich; 'innocentiae'? Was gemeint ist, zeigt n. 90. 10) 'si' übergeschrieben. 11) 'dū' c. 12) Wohl 'diruptionem'.